FAUNA JAPONICA

QUAM

VENIA. EXP. FACULT. MED. UPSAL.

PRÆSIDE

C. P. THUNBERG

COMMENDATORE REG. ORD. DE WASA
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. REG. COLL. SANIT. MEMB.
HON. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. UPS. LOND.
HOLM. AGRIC. MED. ET EVANG. SOCIET. OECON. UPSAL. PATR. HOLM. ET.
CIV. OECON. FINL. HONOR. WERMEL. JUNEC. WESTM. CALM. ET ÖREBR
BEROL ET LIPS. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. MOSCOU. ET HALENS. HIST. NAT.
GORENK. PHILAD. LUND. HARLEM. AMSTELD. OECON. ET INST. LITT. ZELAND. NIDROSIENS TURICENS. IENENS. LINN. LONDIN. ET HORTICULTUR.
REG. SCIENT. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. SCIENT. GOTHOB. MONACH. ERLANG. WETTER. NANCIENS. MARPURG. MED. PARIS. EMUL.
ET LINN. MONSPEL. MED. MATRITENS. MED. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. ET
PETROP. MEDICO CHIR. ET PHARMAC. MEMBRO NEC NON ACAD. SCIENT.
PARIS. ET INSTITUT NATION. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN.
SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

P. P.

OLAUS WERNBERG

Calmariensis.

IN AUDIT. BOTANICO DIE XI DECEMBR. MDCCCXXII.

H. A. M. S.

UPSALIÆ,

EXCUDEBANT REGIÆ ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

à

Madame

CHARLOTTE DE MANNERSKANTS

née d'ARBIN.

Madame!

Excusez ma témérité, qu'en Vous offrant ces feuilles, j'essaye de Vous rendre l'hommage public de ma reconnoissance et de Vous offrir celui du profonde respect, avec lequel j'ai l'honneur d'être,

Madame!

Votre très humble et très obeisant
Serviteur

O. WERNBERG.

FAUNA JAPONICA.

Vix ulla eſt regio nobis nota; quæ magis per induſtriam fere incredibilem ſubditorum, exculta fuit, quam quidem inſulæ Japonicæ, etiam regnum affine Chinenſe in non paucis ſuperantes. Omnis enim terra, planities, valles, colles quin et montes, ſæpe ad ſumma usque cacumina, manu laborioſa, rarius artificioſis inſtrumentis vel ope animalium culta conſpicitur et utilis, non ut in Europa innumeris pecoribus ut nutrimentum parent, ſed ut hominibus numero infinitis alimentum idoneum, ſanum et ſufficiens procurent. Nulla itaque heic ridentia prata pro fœno colligendo. Ager omnis homini nutrimentum proſpiciet.

Nullibi ruſtico tanta unquam conceſſa fuit libertas; quanta in hisce remotis Orientis inſulis. Liberrimus enim omnium, omne ſuum tempus, ſuas curas, ſuum laborem, ſuam induſtriam cum familia ſua in agri culturam conſecrare poteſt, nullis peregrinis oneribus vel functionibus impeditus et cruciatus.

Mirum itaque non eſt, quod pauca animalibus feris loca vacua et ſecura refugia ſint relicta, et quod numerus animalium ſit valde exiguus in provinciis totis quantis excultis.

Pauperrima itaque ſit, neceſſe eſt, *Fauna japonica*. Intereſſe tamen poteſt, etiam illam, quæ exſtat, noſſe, et cum Faunis aliarum regionum conferre.

Vix quidquam, ante adventum Cel. Dom. Præſidis in hocce remotum et invictum regnum, ad quod aditus

diſſicilis, quin ſemper diſſicillimus, nec niſi Hollandis patulus, Europæis notum fuit. In Diariis Diſputationibus et Actis Scientiarum plura a Cel. Dom. Præſide deſcripta ſunt animalcula, quæ in unum colligere et publici juris facere; non inutile fore, L. B. conſenſu, mihi perſvaſi.

Mammalia.

Simiæ ſpecies, non bene nota.
Canis familiaris.
 vulpes.
 Lupus.
Felis Lynx, Linn. p. 83.
 catus.
 Leo. Linn. Syſt. An. 75.
 Tigris 76.
Urſus arctos 100.
Lepus timidus. 160.
Cervus alces p. 175.
 elaphus 176.
Bos taurus, cum vacca.
Equus caballus.
Sus chinenſis. p. 218.
Balænæ ſpecies, non rite nota, cujus caro in tabernis venalis editur, ex qua etiam Ambra griſea, mollis recens habetur.

Aves.

Falco japonenſis Linn. Syſt. Avium p. 257.
 orientalis 264.
Pſittacus japonicus 315.
Anas boſchas 538.
 galericulata 539.
Ardea grus. 620.
Alca criſtatella p. 552.
Phaſianus gallus 737.
Pavo muticus 731.
Columba domeſtica 769.
Fringilla montifringilla 902.

Amphibia.

Teſtudo japonica.
Lacerta japonica 1076.

Pisces.

Ophictus cinereus.
Callionymus japonicus Linn. Syſt. Animal. p. 1165.

Muræna annulata.	
faſciata.	
nebuloſa.	
picta.	
Cottus japonicus	1213.
Scorpæna volitans	1217.
Pleuronectes japonicus	1240.
Chætodon Imperator	1255.
guttatus	1256.
collaris	1263.
meſomelus	1263.
Sparus argentatus	1272.
notatus	1272.
boops	1274.
latus	1277.
virgatus	1276.
fuſceſcens	1279.
Labrus japonicus	1291.
boops	1291.
Sciæna cataphracta.	
Gaſteroſteus japonicus	1325.
Perca vittata.	
6-lineata.	
picta.	
Uranoſcopus japonicus	1157
Coryphæna japonica	1194.
Gobius patella.	
Scomber japonicus	1329.
auratus	1330.
Centrogaſter fuſceſcens	1337.
argenteus	1337.
Mullus japonicus	1340.
faſciatus.	
Trigla alata	1346.
Cobitis japonica	1352.
Silurus maculatus.	
lineatus.	
imberbis.	
Fiſtularia tabacaria	1387.
Atherina japonica	1397.
Clupea thriſſa	1406.
Cyprinus auratus	1419.
Oſtracion hexagonus.	
Tetraodon ocellatus	1445.
Raja torpedo	
Petromyzon marinus	1513.
fluviatilis	1514.

Insecta

Coccinella japonica.
8-guttata.
Chryſomela japonica.
Caſſida veſicularis.
Lampyris japonica.
Cicindela japonica.
Hypophleus japonicus.
Curculio gigas.
Mordella naſuta.
Bruchus japonicus.
Necrophorus japonicus.
Hiſter japonicus.
Haltica nemorum.
Amblycerus japonicus.
Mantis maculata.

Gryllus migratorius.
Conocephalus lanceolatus.
Locusta japonica.
Tettigonia Kæmpferi.
Flata japonica.
Alydus unipunctatus.
Cimex nigricornis.
fullo.
guttigerus.
clavatus.
trigonus.
sordidus.
chinensis.
anchora.
cornutus.
Cimex Andreæ.
colon.
ocellatus.
Panorpa japonica.
Hæmerobius grandis.
Papilio brassicæ.
Noctua serici.
mori.
Pompilius niger.
Prosopis japonica.
Lophynis cyanea.
thoracica.
armillata.
lugens.
Dorippe fachino.

Testacea.

Mya truncata.
oblonga.
lutraria.
Tellina delicatula.
rostrata.
japonica.
Mactra solida.
glabrata.
Arca glycymeris.
noæ.
Terebratula lacunosa.
reticulata.
vitrea.
Ostrea gigas.
japonica.
Ostrea pleuronectes.
Mytilus edulis.
Solen vagina.
virens.
minutus.
Donax irus.
scripta.
Venus chione.
scripta.
erycina.
meretrix.
Pinna carnea.
Bulla cylindrica.
naucum.
Echinus rosaceus.
Lepas mitella.

Canis *familiaris*, colore plerumque rubro, communis eſt; mediocris magnitudinis, ubique domus cuſtos; varietates rariores ſunt.

Canis *lupus* et *vulpes* rarius et id quidem in borealibus regionibus, magis frigidis, minus cultis et montoſis occurrunt. — Lupus Cel. Dom. Præſidi, ut rarum quoddam animal oſtendebatur in Metropoli Jedo.

Felis *catus*, ut animal domeſticum ubique eſt vulgaris.

Leo, *Tigris*, *Urſus*, *Alces* et *Elaphus* in inſulis Japonicis ſine dubio rarisſime occurrunt, a Dom. Præſide ibi numquam viſi, forſan etiam jam exſtincti.

Bos *taurus*, Equus *caballus* et Sus *chinenſis* rara etiam ſunt animalia domeſtica in Patria, ubi terra facile omnis, colles et montes ad ſumma usque cacumina culta ſunt, et ubi pro fœno nulla omnino prata habentur. *Vaccis* aliquando agri aqua ſubmerſi arantur; carne nemo veſcitur, nec lacte; nec inde paratur vel caſeus vel butyrum. Tauri non numquam mercibus transportandis inſerviunt. Equi mediocris magnitudinis et colore rubro tantum pro pompa regni Magnatum ſuſtentantur; raro pro mercibus vel peregrinantibus hominibus vilioribus portandis. Sues in Japonia multo rariores ſunt, quam in China.

Anas *galericulata* in ſinubus inſularum marinis occurrit ſpontanea ea immenſa copia, ut omnem ſuperet fidem, ſuperficiem aquæ tegit, tranquilla et minime perterrita avis, ubi pulveris pyrii uſus interdictus, et ubi ſine tumultu ova ſua excludere, pulloſque educare licet multis millibus migrantium avium.

ANAS *boschas*, PHASIANUS *gallus* et COLUMBA *domeſtica* cicures, ob ova utilia et carnem ſapidam ſervantur.

TESTUDO *japonica*; in inſulæ Nifon aquis dulcibus vidit Dom. Præſes; Et

LACERTA *japonica*, ut ſuccedaneum *Lacertæ ſtinci* in tabernis mercatorum ſiccata et ſuſpenſa venilis fuit fere ubique. Aphrodiſiaca credebatur.

Præter nutrimentum, quod regno Vegetabili, incredibili induſtria, ſibi acquirere ſciunt Agricultores, fere omne id, quod offert e regno animali vaſtum circumjacens mare, ſuum in uſum convertunt japonenſes.

Piſcaturam maxime lucrativam exercent non ſolum in fluviis et portubus, ſed etiam in alto pelago. E piſcibus itaque hujus oceani plures ſibi acquirere potuit Cel. Dom. Præſes, quos inter non paucæ antea incognitæ curioſis ichthyologis innotuerunt ſpecies.

Inter Inſecta japonica plures ſpecies novæ quoque obſervatæ fuerunt. Nullum vero Phenomenon pulchrius cogitari poteſt, quam quidem illud, quod in aëre volitantes *Lampyrides japonicæ*, tempore veſpertino et æſtivo, peregrinantium oculis, lumine ſuo phosphorico præſtant.

Conchylia varia fluctus maris ad littora ejiciunt, et plura ex hisce edulia in nutrimentum adhiberi ſolent. Primaria vero, quæ cocta ſemper in uſum vocantur, ſunt maxima illa Oſtreæ ſpecies, quæ *gigas* dicta fuit, *japonica* et *pleuronectes*; *Venus meretrix* et *mytilus edulis*.

BRUCHUS *jaqonicus*: rufus, ſupra cinereo-irroratus.

Magnitudine mediocri; totus obſcure rufus, thorace elytrisque ſupra cincereo-irroratus, planus, pediculo quadruplo major.

Antennæ baſi rufeſcentes, apice nigræ.

Abdomen magis obſcurum.

Elytra lente inſpecta punctis minutisſimis fuſcis notata.

HYPOPHLOEUS *japonicus:* opacus, brunneus elytris ſtriatis.
Minor Hyp. caſtaneo, major *Hyp. depreſſo.*
Magnitudine circiter Hypophl. *bicoloris* totus brunneus, opacus, planiuſculus.

Elytra linearia, acuta, manifeſte ſtriata, abdomen obtegentia.

Similis valde et Hyp. *depreſſo*, ſed major, obſcurior, non nitidus, et duplo latior; et *Hyp. fraxini*, ſvecico, ſed minime nitidus, verum opacus et elytra manifeſta, etiam oculo nudo ſtriata.

THESES

I.

Eadem Faunæ et Floræ eſt ratio, ac mortalium: haud bene vigent et florent in ſolo, ubi plena non fruuntur libertate.

II.

Natura in operibus ſuis, ut legi, tamquam Homo in actionibus, arctisſime obſtricta, ita formis liberrima,

III.

Omnia enim individua ejusdem ſpeciei ad eandem regulam et typum formata ſunt; ſed ideo alterum alteri non adæquate ſimilia.

IV.

Non igitur punctum refert lex illa, ſed circulum, cujus intra limites Natura libere exſpatiatur.

V.

Lichenes, licet vulgo minoris habiti, Oeconomiæ naturæ quam maxime ſunt necesſariæ, et maximum hominibus præbent uſum.